

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 167

**Auteur(s) :** Dreux, Vexin (comte)

**Bénéficiaire(s) :** Jumièges, Saint-Pierre (abbaye)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** [1024-1108]

**Action juridique :** donation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Dreux, comte de Vexin, accorde aux religieux de Jumièges, pour leurs bateaux, la liberté de passage à Pontoise et à Mantes, sans qu'ils aient à acquitter aucun droit. Cette cession faite du temps de Robert II roi de France, et de Richard, duc de Normandie, et confirmée plus tard par Philippe Ier, roi de France

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

- a. Prou Maurice, *Recueil des actes de Philippe Ier, roi de France (1059-1108)*, Paris, Imprimerie Nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France), 1908, n° CLXIII, p. 405-406.
- b. Vernier Jules-Joseph, *Chartes de l'abbaye de Jumièges (v. 825-1204)*, Rouen-Paris, Lestringant-Picard (Société de l'histoire de Normandie), 1916, 2 vol., n° XLIV, t. 1, p. 128-131.

## Dissertation critique

La donation de Dreux (v. 1024-1035) peut être datée de 1024-1027. La confirmation de Philippe Ier n'est pas autrement datée que par la chronologie du règne (1060-1108).

Texte établi d'après b

Humane menti proficuum valde decernitur curiose perscrutacionis indagine et pure mentis ardore tendenti ad summe felicitatis habitaculum quodammodo aliquod exquirere presidium, dum persistit in mundane volubilitatis turbine, quo tucius in interioris hominis divorcio queat progredi ad optatum perpetue beatitudinis gaudium, denique flagrans quid superna dispensatione profuturum sibi parari solacium, quando quidem cernit se labentis seculi involutum illecebris, necessarium sibi creditur toto cordis affectu sanctarum precum aliquo modo petere subsidium et obnixè obedire Deo formulantibus, quorum jugi solamine possit dissolvere suorum neffandas congeries peccaminum. Igitur hec animo revolvens, Ego Drogo, superni regis nutu comes, pro meae anime sublevacione necnon et mei patris atque matris simul et mei avi Walterii, navigerum aditum atque transversum Pontigeris et Medancie perpetualiter concedo et trado sancto Petro in Gemmetico, ad utilitatem fratrum inibi degencium jugibusque oracionibus insistentium, ut sine ulla tributaria solucione precii habeant tranquillam et quietam libertatem eundi et redeundi atque defferendi que sunt sibi necessaria. Constat hec facta donacio tempore Roberti, regis Francorum, Rikardo comite viriliter regnum gubernante Normannorum. Denique si quis, veneno invidie tumens, huic donacioni contrarius esse presumpserit atque aliquam molestiam inferre temptaverit, perpetue damnacioni deditus dampnandus existat in extremo examine venturi judicis.

Ego Philippus †, rex Francorum gratia Dei, confirmo hanc cartam pro animabus patris et matris mee coram fidelibus meis Herveo filium (sic) Godefredi Divitis ; et ipse Godefridus adfuit, Gausfridus Puella, Hubertus Rosert,

Teduinus Intanda, Vuarus prepositus, Albericus clericus, Walterus Mainart, Rotbertus Nuenut, Hugo Griniole, t. de sancto Martino.

† Ego Wuermundus, † Ego Hubertus, † Ego Hubertus, † Ego Gulbertus, † Ego Rothbertus hujus donacionis testes sumus.

Signum † Drogonis comitis. Si†gnum Walterii comitis, filii Drogonis. Signum Vuarini † Buronus. Signum Milo†[nis] orfani. Signum Wa†rimboldi prepositi.